

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XXX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A EX DICTIS in quaestio-
 19. **q. 2. 1.** ne precedere patet solutio huius

quaestionis. Charitas. n. ex hoc,
 q. est principium tendendi in
 Deum actu directo est princi-
 pium reflectendi super actus il-
 los quibus tenditur in Deū. &
 in hoc sicut dictum est ibi, est
 principium volendi cuilibet po-
 tenti diligere Deum, q. diligit
 ipsum. inter omnes autē actus
 eiusdē rōnis rēdentes in Deum
 charitas est principium immedia-
 te reflectendi super actū, quem
 elicit habēs charitatē, quo ten-
 dit, & diligit Deū. igit post Deū
 immediatissime vult quis ex cha-
 ritate se diligere illud, quo ten-
 dit in Deum. s. se diligere Deū,
 & hoc volendo diligit se, quia
 diligit sibi bonum iustitiae. igitur
 immediate post Deum tene-
 tur se diligere ex charitate. Hoc
 confirmatur, quia pensatis ratio-
 nibus bonitatis, & unitatis quae
 sunt rōnes diligibilis post Deū,
 qui est bonū infinitum in quo
 est perfectissima ratio bonita-
 tis occurrit in seipso alia ratio
 maxima. s. unitatis, quae est perfe-
 cta identitas. igitur quilibet
 inclinatur naturaliter ad dilectio-
 nem sui post bonum infinitum.
 inclinatio autem naturalis est
 recta.

AD PRIMVM argumen-
 tum dico, quod philosophus ex-
 ponit se ibi, quomodo viturabi-
 le est esse immoderatum ama-
 torem sui, non autem modera-
 tum. ¶ Ad secundum dico, quod
 omnis diligens se ex charitate
 diligit se in ordine ad bonum
 infinitum, quia diligit sibi actum il-
 lum, vel habitum, quo tendit in
 illud bonum, & in hac dilectio-
 ne tendit in alterū, quia in Deū,
 tanquam in principalem obiectū

actus, & tñ ad se habet charitatē, C
 licet non vt ad obiectum finale,
 sed proximum ordinatum ad
 obiectum vltimum, quod est ab
 eo distinctum.

HIC SOLET QVARI &c.

DIST. XXX.

QVÆSTIO VNICA.

*Verum necesse sit ex charitate dilige-
 re inimicum.*



IN CA istam. 30.
 distin. in qua ma-
 gister agit de cha-
 ritate quantum ad
 perfectionem me-
 riti, quaritur vnum. Vtrum ne-
 cesse sit ex charitate diligere ini-
 micum. Quod non. Luc. 10. Pha-
 riseo interroganti. Quis est me-
 proximus? Respondit Christus.
 Qui fecit misericordiam cum il-
 lo, videtur ergo determinasse q.
 solus ille habendus est proxi-
 mus, qui talia facit. sed inimi-
 cus non facit talia. ergo. ¶ Prate-
 reat. 3. Regum 7. super illud.
 Fecit quoque mare. Glo. decē
 pręceptis in lege dominus om-
 nia quę facere debemus expre-
 sit, sed ibi non est aliquod prę-
 ceptum de diligendo inimici.
 ¶ Praterea Luce. 6. Glo. quare.
 & Augu. super illud Psalmi Re-
 uela oculos meos. Et Math. 5. et
 Audistis, quia dictum est anti-
 quis. Odio habebis inimicum
 tuum. Sed moralia pręcepta ma-
 nent eadem in noua lege, quę
 in veteri. igitur manet hoc no-
 ua lege.

¶ Praterea. 2. Thopi. in contra-
 rijs tenet consequntia in seip-
 sis. igitur si amicus est diligen-
 dus.

A dūs, inimicus est odiendus, ista enim sunt contraria de contrarijs. Contra Matt. 5. Ego autē dico vobis. Diligite inimicos vestros &c. & pbat illud ibi. Quia si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Præterea Matth. 6. Dimmittite &c. Et subiūgit probationem illius argumenti. igitur quilibet de necessitate ad hoc tenetur. Præterea Matth. 18. in parabola de seruo, qui petijt debitum subiungitur. Sic & pater vester cælestis &c.

RESPONDEO, inimicus potest considerari per se. i. in quantum inimicus, & per accidens in quantum homo. Primo modo, dico quod inimicus non est tantum malus priuatio ne boni, sed habitu positio vitij, sicut iniustus dicitur non tantum carens habitu iustitiæ, sed etiam habens habitum iustitiæ contrarium causatum ex actibus iniustis. sicut habet a Boetio sup. predicamētis. c. de qualitate. hoc modo cū amicitia respiciat bonum virtutis in amate, & hoc conueniens actui virtutis in amate, inimicitia respicit malum disconueniens bono, quod est in eo qui est inimicus, inimicus ergo in quantum talis est malus, & vitiosus, & per consequens nullo modo est sic diligendus, hoc enim modo odit inimicū, qui dixit. Deficiāt peccatores a terra, & iniqui, ita ut non sint, non sint quidem inimici siue iniqui, quia, verte impios, & non erunt. Prouer. 12. Loquendo autem de inimico per accidens. s. de hoc homine qui nūc est inimicus. habet qd diffcultatē. Et * isto mō possum⁹

log de dilectione. ¶ Vel positue,

quasi per modū actus eliciēdi. ¶ Vel quasi prohibitiue per modū actus contrarij arcēdi. ¶ Secundū est magis necessariū, qā præcepta affirmatiua magis obligant ne contraria eorū fiant. Et isto modo accipiēdo diligere, s. pro non odire, distingo, q. duplex bonū possumus non odire sibi. ¶ Scilicet bonum spirituale, s. quo attingit, vel natus est attingere Deum. ¶ Vel aliud bonum indifferens, quod potest ordinari ad illud, & ad oppositum. vbi gratia de primo, ipsum diligere Deū amore amicitia ut est bonū honestū, vel concupiscere sibi Deum, ut est bonum cōmodi, ipsum audire missas, prædicationem, correctionē, instructionem, per quē cōuertitur ad diligendum Deum. Exemplum de secundo, ipsum viuere vita corporali, esse sanum, diuitem, fortem, & huiusmodi. ¶ Quantū ad prima bona non videtur, q. possumus illa sibi odire, vel nolle, quia hoc non stat cum perfecte diligere Deum. s. nolle ipsum cōdiligere ab alio, cuius amicitia non noscitur ei displicere, & hoc cōdiligere tam ratione boni honesti. s. propter se, quā ratione boni commodi eius. Nec pari ratione stat cum perfecte diligere Deum, nolle alij illa, p. quā inducatur ad cōdiligendum Deum. ¶ Sed de alijs bonis indifferentibus, videtur quod possum odire illa proximo. ¶ Tū, quia possum ordinate odire, vel nolle illa mihi.

¶ Tum etiam, quia potest ordinate nolle sibi ea, & quæcunque ipse potest ordinate nolle sibi, vel ego mihi, si essem talis, qualis est ipse, possum sibi ordinate nolle. Assumpta patent, pos-

A possum enim ordinate nolle mihi diuitias, sanitatem, & vniuersaliter necessaria ad vitam corporalem, & hoc dupliciter, vel continendo ea, sicut si siā pauper voluntarie, vel volendo Deū infigere illa mihi pp peccata mea, vel voluntate consequente vt si sint infligta acceptare ea, & gaudere de his iā nūctis. ¶ Cōsimiliter ergo possum tot modis velle opposita corū sibi, vt paupertatem voluntariam, & ita cauere diuitijs infigi sibi a Deo aliqua mala ad correctionem, si crederem ipsum per talia commoda semper addere ad peccata, possum velle sibi opposita illorum commodorum. Et quo ad conformiter est dicendū de bonis fortunæ, & de bonis corporis. ¶ Sed de vita corporali videtur dubium, an possum illam sibi odire, vel nolle, & videtur qd sic. ¶ Tum, quia iudex in causa criminali potest iuste sententiarē contra eum. actor etiam in eadem cā pōt licite agere cōtra eum. vterque igitur potest velle effectum illius sententiæ, qd effectus est occisio rei. Similiter, si quis impugnet ecclesiam, cū talis quātum est in se impediatur bonum commune. sc. pacem ecclesiæ, vt bonum commune saluetur, vī qd aliquis possit ordinare se le tali persecutori mortem corporalem, propter bonū commune, quod impedit. si pacem ecclesiæ. ¶ Quātum ad hoc dici potest, qd non potest quis absolute velle proximo mortē corporalem, vel nolle sibi vitam, quia post mortem non est presentia, vt tenetur, nec conuersio ad diligendum Deum, sicut est post priuationem diuitiarum, vt fortitudinis, & talium, immo

priuatio talium potest esse occasio vitæ corporalis. Non videtur autem qd possum ordinate velle alicui illud, per quod simpliciter excluditur a possibilitate diligendi Deum. ¶ Potest tamen quis ordinare velle proximo mortem corporalem sub conditione, puta si credat eum finaliter futurum malum, & tunc sibi potest rest optare mortem, vel vt det locum sanctis quos impedit, vel ne addat peccata peccatus, propter quæ post mortem actus puniatur. Et illæ duæ causæ colliguntur ex legenda beatæ Anastasie, quæ scripsit Grisologo. de viro suo Publio. vt si Deus prauideret eum in infidelitate mansurum iuberet eum dare locum sanctis. hoc quo ad primum. Et sequitur quo ad secundum, quia melius est ei animā exhalare, qd Dei filium blasphemare. Et ita nec in isto casu, nec in duobus precedentibus de iudice & tyranno potest quis absolute velle proximo mortem corporalem, immo magis, quantum in se est, debet nolle. ¶ Vbi sciendum qd sicut tactum est distin. 13. huius. & alijs sæpe. quando expositione alicuius conditionis simpliciter noluit aliquis vult aliquid, non simpliciter vult illud, sed magis respicit, sicut patet de proieciente merces in mare, qui propter tempestatem exorram, quæ est simpliciter sibi nolita, voluntarie proiecit merces, istud voluntarium non est meretricium, quia non est volūtū, nisi ex suppositione cuiusdā noliti. quod autem est possibile tantum ex suppositione impossibilis, non est simpliciter possibile. ¶ In omnibus autem pradiis cali-

A casibus, illud propter quod mors est volita, est simpliciter nolum, tenetur. n. iudex, & actor in causa nolle ipsum esse reum ex suppositione criminis, tenetur etiam patiens persecutionem tyrannorum nolle eos esse tyrannos contra ecclesiam. tenetur etiam in tertio casu quis, quantum est in se, nolle ipsum esse finaliter reprobum. Et ideo, si ponantur opposita istorum, potest velle sibi potius mortem, tamen cum quadam tristitia, quod non est simpliciter velle, dictum est enim saepe supra, quod velle conditionarum sufficit ad causandum tristitiam, si oppositum veniat. ¶ Patet igitur ad primum argumentum, de iudice & actore, & licet per idem possit dici ad secundum de tyranno, tamen ibi aliter potest dici, quod tyrannus non potest inferre, nisi persecutionem extrinsecam iuxta illud. Salua. Nolite timere eos quod occidunt corpus, & postea non habent amplius quid faciant. talis autem persecutio exterior frequenter est electis materia proficiendi in virtutibus, praecipue in patientia, quae secundum Iacobum opus perfectum habet, hoc enim modo a principio quod libet ecclesia persecutionem passiva est, & ex hoc profecit, & ideo in casu illo non videtur quod liceat optare tyranno etiam mortem corporalem, nisi forte esset aliquid a quo iuste esset sibi talis mors iniungenda propter peccata sua. & tunc posset aliquis optare, quod a tali iudice fieret iustitia, tamen cum tristitia. quia semper tenetur nolle ipsum esse dignum tali poena. ¶ Sed loquendo de alio intellectu precepti. scilicet de actu positivo diligendi inimicum. posset dici, quod non tenetur quis aliquando elicere actum diligendi proximum, quia nec est tener cogitare de eo, puta si esset aliquis ita occupatus circa contemplationem Dei, quod nunquam cum plena deliberatione cogitaret de proximo. Si etiam cogitet, non est necesse elicere actum diligendi circa ipsum. quia absque hoc potest habere circa finem actus ordinatos, & circa ea quae sunt ad finem consequendum necessaria. & si hoc, igitur multo magis non tenetur elicere actum diligendi circa inimicum, quia nec cogitare de eo. ¶ Tamen moderando illud, potest dici, quod si appareat alicui evidens necessitas proximi, vel inimici, puta quod sine ipso non potest habere sibi necessaria ad attingendum ad dilectionem Dei, puta si est infidelis, & sine eius doctrina non possit conuertere ad veritatem, vel si est malus, & sine eius correctione non potest conuertere ad bonum, quod tamen forte nunquam contingeret, ibi tenetur quis non solum ad velle bonum finale, spirituale proximo, immo etiam ista bona necessaria sibi ad consequendum finale bonum non solum velle, sed etiam exequi operatione efficaci. si adest facultas. ¶ Quantum autem ad diuitias, vel sanitatem & huiusmodi, quorum opposita potest sibi velle (ut tactum est prius) non tenetur quis in aliquo casu positive velle sibi ista. Quantum autem ad bona spiritualia, tenetur etiam quis velle sibi, non solum interius, sed etiam exterius efficaciter in opere, specialiter quantum ad hoc, quod quilibet tenetur orare Deum suum pro se, & pro tota ecclesia Dei, &

A & tenetur velle istam orationē bono, & malo ad bonum spirituale. sicut enim esset malus stomachus, qui noller sustentationem suam valere sustentationi manus, ita nō esset bonus in ecclesia, qui noller bonum actum suum, si quem habet, valere omni membro ecclesie, pro quibus Deus illum acceptat, & pro quāto potest valere sibi, & alijs. nūquam autem tenetur quis velle simpliciter illud, cuius oppositum potest bene. ¶ Sed de vita corporali, forte tenetur quis velle, quo ad actum interiorem, & eam saluare simpliciter quo ad actum exteriorem, si non adsit alius proximus, qui possit eum iuuare, puta si quis moreretur fame, vel in fluuiō, & vnus solus adesset, qui posset liberare eū.

B tenetur forte non tantū huic velle vitam, sed vt eam habeat pro viribus laborare. Vnde tamē probetur ista tentio, non videtur manifestū ex scriptura, nec ex ratione, quia si tunc periclitaretur, posito qd esset bonus pertingere ad diligendum Deum perfecte in patria, & saluatus ad vitam corporalem, forte fuisset postea lapsus ad peccatum, & forte finaliter malus. pium tamen est laborare pro vita proximi saluanda. quia supponendū est, si est bonus qd erit melior. & valebit sibi, & alijs sua bonitas & si est malus, supponendū est qd corrigetur. hoc enim est pie iudicare. s. interpretari semper melius, quando non est oppositum manifestum.

AD PRIMVM argumentum dico qd illa responsio Christi ad Pha. qd est proximus: debet sic intelligi, proximus dicit relationem equiparantia, sicut ami-

cus vel frater, igit si faciens misericordiam est proximus, quod habebatur ex responsione pharisei, sequitur qd ille cui facta est misericordia habebatur apud eum, tanquam proximus, non erat autem gentis sue, nec sibi ligatus ex natione, sed extraneus ex patria. igitur quilibet, quantumcunque extraneus, cui ego possum seruire in necessitate, est habendus vt proximus. & hoc est quod dicit ibi Saluator. Vade, & tu fac similiter. i habet proximo omnem cui potes bene facere, etiam si sit tibi extraneus. non igitur benefaciens est tantum proximus, sed etiam omnis potens bene pati a nobis. & hoc siue passione exteriori, siue bona dilectione passiva, qui est motus interior, & hoc modo beati quibus non possum benefacere possunt bene diligere, & esse proximi. Deus autē licet bene diligatur, nō tamen ex dilectione alicuius potest addi sibi aliqd bonum, & ideo non comprehenditur sub proximo. ¶ Ad secundum dico, qd omnia precepta secunda tabulae explicant illud preceptum. Diliges proximum. quia specificant illa in quibus non debeat odire inimicum. nā non occidere includit non odire sibi iniuste vitam corporalem. non furari, non mechari includunt non odire sibi donum fortune vel fama. & sic de alijs.

¶ Ad Auctoritates Augustini. quare. ¶ Ad illud Matth. s. dictum est in antiquis, signanter loquitur Saluator, dictum est & non scriptum est. quia & si scriptum erat. Dilectus tuus, & si scriptum erat. Dilectus tuus, non tamen erat scriptum odies inimicum, sed inde peruerentes scripturam arguunt, hoc per locum a-

A contrario sensu. & ita seruabant.
Quod autem male intellexerint
probat Sal. fin. tñ diligitis illos
qui vos diligunt, quam merce-
dē habebitis? sic et male intel-
lerunt in pluribus alijs locis, si-
cut pater ibi de illo praecepto,
Honora patrem tuū, & matrē,
de quo redarguit eos Saluator
quia interpretabantur, qd si quis
offeret substantiā suā in tem-
plo, & non daret patri egenti, qd
seruat praeceptū, quia Deus est
pater spiritualis, sed Deus hoc
reprobabat, irritū inquit fecistis mā-
dātum Dei pp traditionem ve-
strā. Per hoc patet ad illud de
secundo Thopicorū, quia illa re-
gula non intelligitur, nisi de cō-
trarijs praeceptis, hoc est vbi non
ambo contraria ex vna parte
subiunguntur vni extremo alterius cō-
trarietatis. Si enim color habe-
ret contrarium, puta. a. non se-
quitur album est coloratū. igitur
nigrum est. a. sic est in pro-
posito, quia sub rōne diligibilis
continetur amicus & inimicus,
loquendo de inimico per acci-
dēs, quia eadē rōne diligibilitatis
est in vtroque. s. possibilitas dili-
gendi primū obiectū charitatis,
inquantum sunt imago Dei.

ILLVD QVOQVE NON
EST &c.

DIST. XXXI.

QVASTIO VNICA.

*Virum charitas maneat in patria,
ita quod non euacuetur.*



IRCA istam. 31.
di. in qua magister
agit de charitate,
quantū ad eius dū-
rationē. Quæritur,

utrum charitas maneat in pa-
tria, ita qd nō euacuetur. Quod
non. Nam ratio Apostoli. 1. ad
Corinth. 13. quare aliqua do-
na euacuuntur est quia sunt ex
parte, sed charitas nunc est ex
parte, quia imperfecta, alioquin
cum in ea sit beatitudo, esset
nūc aliquis hic perfecte beatus.
Quod si dicatur beatitudinem
non consistere in habitu chari-
tatis, sed in actu eius. Contra,
fm perfectionē habitus pōt eli-
ci actus sibi proportionatus, &
ita si habitus est nūc aequalis ei-
qui est in patria, cōsimiliter erit
& actus; & ita fructio ita intēsa
& perfecta nūc, sicut tunc. Pre-
terea, fides euacuatur, quia est
circa obiectū latens, circa idem
vero est charitas. Præterea, Au-
gu. 83. q. 48. quædam sunt cre-
dibilia, quæ nunquam sciuntur,
sed tantum creduntur, sicut hy-
storiae, sed talium quorum nūc
habetur fides in via, aliqua co-
gnitio potest haberi in patria, &
non nisi fides, quia tantum pos-
sunt credi, igitur fides, salte qd
ad illa non euacuatur. Præter-
ea, eodē habitu concupisco ali-
quid, & quiesco in habito. Nam
fm Aug. 9. de tri. c. ult. appetitus
inhians sit amor fruētis, &
multo magis pater de habitu.
Probatur et in simili in natura
libus, quia eadē forma est prin-
cipiū motus ad terminū, & ge-
tis in termino. Cū igitur spes sit
habitus tendendi in terminum,
erit habitus quiescendi in ipso
habito, & ita non euacuat. Cō-
tra. 1. Cor. 13. v. auctoritas apo-
stoli expressa ad oppositum.
Charitas nunquam excidit &c.
RESPONDEO. Nul-
lus habitus ponendus est ibi ma-
nere frustra, frustra autem esset
Sco. sup. iij. Sen. T ibi